



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 2. De materia Sacramenti Eucharistiæ vniuerse,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

nobis passum: tum demum id quod tantum est res, nemo per gratia, quam hoc sacramentum suscepimus causat in anima: præfiguratum est nonnunquam ratione primi: vt per sacrificium Melchisedech, qui obtulit panem & vinum Genes. 14, nonnunquam ratione secundi, vt sacrificia omnia legis Mosaica: præseruim sacrificium expiacionis, quod erat solemnissimum (*de qua in cap. 9. epist. ad Hebreos.*) nonnunquam ratione tertii: vt manna, quod sicut habebat in se omnem sapientiam suavitatem, Sapien. 16. ita & gratia huius sacramenti plene reficit mentem. Nonnunquam denique ratione illorum omnium ut Agnus Paschalis, prout ipse D. Thomas satis clare explicat: indeque infert eum esse præcipuum huius sacramenti figuram. Porro quo modo ex iisdem figuris contra haereticos proberet præsentis corporis Christi in Eucharistia, videre est apud Bellarm. lib. 1. De Eucharistia cap. 3.

C A P V T II. De materia sacramenti Eucharistie, ac primo vniuerse.

S U M M A R I U M .

- 11 Materia Eucharistie, panis & vinum.
- 12 Panis consecrari potest prius tempore quam vinum: & validitatem consecrationis vini eorum, non est necessarium sequi consecrationem alterius.
- 13 Illicita est nibilominus consecratio, quam non sequitur consecratio alterius.
- 14 Excusatio illius à peccato, qui per ignorantiam inculpabilem, aut scandalum, vel mortis periculum: consecrat panem non consecrat vino, vel contra.
- 15 Nullo modo licet potest directe intenta consecratio vnius partis Eucharistie, sine alia.
- 16 De necessitate huius sacramenti est, ut Sacerdos presentem habeat materiam consecrandam: & qualiter presentem esse debet.
- 17 Explicatio difficultatis: An certa determinataque quantitas sit de necessitate sacramenti Eucharistie.
- 18 Responso affirmativa ad aliam difficultatem de necessitate intentionis ministri, consecrande particulariorem materiam ante se presentem, cum aliquot corollariis inde deductis.
- 19 Quando cendi sunt consecrata hosties, quarum non meminit Sacerdos dum consecrat: & quod ex defectu intentionis, non consecrantur consecratae guttae que in calice apparent separate.
- 20 Non alius panis, quam triticeus est materia Eucharistie: & quid si in illius confectione, sit farinæ triticeæ admixta aliqua alterius generis.
- 21 Requisita in pane facta ex farina triticea, ut censeatur idonea materia Eucharistie.
- 22 Non est quidem de necessitate sacramenti, ut talis panis sit azymus: est tamen de necessitate precepti in Ecclesia Latina: & contra in Ecclesia Greca.
- 23 Consecrationis sanguinis Christi materia est vinum de vite: cuiusunque stirpis.
- 24 Non item expressum ex fructibus aut herbis: aut adhuc existens in vino, aut ex iis non matutis expressum.
- 25 Aut conuersum in acetum, aut sapo vel lora, & quid de vino acercente, aut congelato.
- 26 Admissenda est aqua vino in Eucharistia, de necessitate tantum precepti.
- 27 Seruanda in tali admixtione.

CONSIDERABIMVS primo absolute materiam sacramenti Eucharistie, 2. particulariter materiam consecrationis corporis Domini, 3. materiam consecrationis sanguinis.

PRIMA PARS CAPITIS.

De propria materia absolute.

- II. **Q**VÆRI POTEST PRIMO, Quænam sit talis materia? Ad quod respondeatur de fide tenendum esse, quod sit panis & vinum. In his enim Christum consecrassæ

corpus & sanguinem suum patet ex Evangelica historia: quæ dicit acceptum panem benedixisse; similiter & calcem, in quo contentum fuisse vinum constat, ex eo quod Dominus ipse illud ante consecrationem vocavit generationem vitis Luca 22. & post consecrationem genitum vitis Matth. 26. & Marci 14. Accedit definitio Ecclesiæ in Concil. Lateranensi relata in cap. Firmiter, De summa Trinit. & fide Cathol. §. Vna vero: & in Concil. Florent. in instrucl. Armen. & in aliis que commemorat Suarez disput. 43. scilicet. I. Vbi addit Patrum authoritates, & rationes Scholasticoꝝ, quibus ij ostendunt talem materiam huic sacramento congruentem esse.

QVÆRI SECUNDUO POTES T, An necessarium sit, utramque; eam materiam concurrentre ad perficiendum hoc sacramentum. Adq; Suarez in sequenti scilicet. 2. respondet tribus propositionibus. Prima est, vnam ex illis materiis, prius tempore consecrati valide, quam alteram. Hanc, factum Christi facit confirmat. Nam ante quā ipse consecraret calicem, dixit: Hoc est corpus meum; & verum dixit. Ergo ex vi veritatis formæ via materia prius tempore consecratur, quam altera. Confirmat quoque; recepta Ecclesiæ consuetudo, quæ statim ac perfecta est consecratio corporis Domini, ipsum proponit populo adorandum. Ceterum etiam valida esset consecratio vini facta ante consecrationem panis: grauitate tamen peccaret qui illam proponeret, tanquam recedens à Christi exemplo, & à recepto Ecclesiæ vniuersalibus. De qua re post Sotum idem Suarez circa finem eiusdem sectionis,

Secunda propositione est, Ad validitatem consecrationis vnius partis materiae, non esse necessarium vita pars consecretur, sed posse vnam partem sine altera consecrari, ita ut factū teneat. Hec sequitur ex precedenti: quia si panis prius tempore consecratur, quā vinum, manebit corpus Christi, quantumcunq; sine per ignorantiam, sine per obliuionē, aut in curiam, sive per malitiam non adiungatur consecratio vini. Neque enim corpus Christi sub speciebus panis, pender ex praesentia sanguinis sub speciebus vini, cum de fide sit fernari species panis consecrata, etiam consumptæ sint species vini simul consecrati.

Tertia propositione est, Illicitam esse vnius materiae consecrationem sine consecratione alterius. Hæc (quæ Theologorum communis est vi notat Suarez) probatur per illud quod in cap. Comperimus, De consecr. distinc. 2. sic dictat de hoc sacramento. Diuinitus vnius eiusdemque mysterii, sine grandi sacrilegio non potest prouenire. Item per communem Ecclesiæ vsum, qui talis consecratio aduersaretur. Ad demum per illam rationem: quod diuinum sacrificium non sit de necessitate alterius, vt ratiōne tamē est de integritate sacrificij, quod peragitur dum hoc sacramentum perficitur. Ad quod confirmandum faciunt verba Concilij Trid. scilicet. 2. cap. 1. ante relata num. 9. sicut & illa quæ in ead scilicet. can. 2. habentur. Si quis dixerit illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem, Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes: aut non ordinasse, ut ipsi aliquæ Sacerdotes offerant corpus & sanguinem suum, anathema sit. Quibus verbis indicatur illud, quod omnes Theologos censere, & communem Ecclesiæ vsum ostendere notat Suarez disput. 43. scilicet. 2. conclus. 3. nempe ex diuina institutione utramque partem materiae huius sacramentum de substatiali integritate sacrificij incrementi à Christo instituti. Indicatur pariter præceptum esse Christi, per quod diuinum iure illicitum sit hoc sacramentum cœfici in una materia sine alia. Quod etiam Suarez ibid. conclus. 2. verius finem attingit.

QVÆRI TERTIUO POTES T, Vtrum sit ita necessaria vtraque materia iure diuino, ut propter nullam causam, licet in altera tantum sacramentum hoc conficeret, etiam ex summi Pontificis dispensatione. Hoc, quia paucis expediens potest, relinquens pleniori illius explicacionem videndam apud eundem Suarezum in sequenti scilicet. 4. contenti indicare aliquot documenta pro praxi utilia quæ ipse persequitur latius.

Primum est: à peccato transgressionis prædicti iurius diuinum prohibentis vnam materiae partem huius sacramen-

ti con-

ti consecrati absque alia, excusare inadūcētiātā inculpabilem, qualis censetur illa, qua interdum accidit, vt quis bona fide putans se ponere vinum in calice, ponit aquam, & sic consecrat in solo pate, & postquam deprehendit esse in calice aquam non potest reperi vinum, aut certe (in quo est moralis impotensia) quari non potest sine magno scandalo, aut sine evidenti periculo vite: Tunc enim ob tantum incommode declinandum, potest non querere: preferim cum id non sit velle facere sacrificium non integrum: sed permittere vt vna pars materie maneat consecrata sine alia, qd excusabile est talibus casibus. Sicut enim ex communī sententia, Sacerdos excusat, si post cōsecrationem vini intelligens in eo esse venenū, ipsum non sumat: etiam si fortasse nō possit habere aliud vinum quod consecret: cum tamen tenetur sicut in vtraque specie sacramentum hoc conficeret, ita & in vtraque illud sumere. Hinc Suarez addit, à peccato excusari Sacerdotem, qui post cōsecratam hostiam ob euidens periculum mortis eam consumaret, & consecratione calcis omisita, fugeret. Benet amens subiungens id intelligentem esse per se, ex vi praecepti quo Sacerdoti Missa sacrificium celebranti obligatio imponitur communicandi sub vtraque specie. Nam potest ratione scandalis, vel contemptus religiosis Christianis, teneri ad sacrificium perficiendum cum illo periculo.

Secundum documentum est: Illicitum esse de se, formaliter direc̄te que intendere sacrificij mutilationem praeedito praecepto prohibit. Ipsius enim, cum sit vniuersale negatiuum, redditalem intentionem intrinsece malam: vptote direc̄te repugnantem Dei voluntati, quam tal praeceptum declarat, esse pro semper. Ita vt ne quidem meritis mortis, prout idem Suarez vult, excusat a peccato cui mors intentatur, nisi ad communicandum infirmum consecret panem absq; consecratione vini, quod non potest facile runc haberet. Ratio est: quia nequit id facere, quin formaliter, direc̄te intendat mutilare sacrificium, contra Dei perpetuam voluntatem cognitam.

Tertium documentum est: Nulla de causa non modo priuata, sed nec publica, licitum esse Sacerdoti direc̄te vnam materie partem proprii auctoritate consecrare sine alia. Ratio est: quia multum referat ad Dei cultum & reverentiam huius sacramentii, vtralibet licentia non permittatur priuatis hominibus, ipsorumque arbitrio & prudentia relinquuntur: cum inde possit occasio aperta sepius multilandis sacrificiū istud cum irreuerentia iniuriaque maxima tanti mysterij.

Quartum documentum est: Magnam esse controvrem, An publica Ecclesia, Summi Pontificis auctoritate Sacerdos liceat posse, quod predictum est: nimirum consecrare vnam Eucharistia partem sine alia. Cuīus difficultatis partem negantem Suarez probabiliorē indicat, & latius confirmat. Sed nobis satis est in tota Ecclesia nullum esse talis dispensationis solum: sed in omnibus regionibus etiā frigidissimis integre cōfici hoc ipsum sacramentum, quia per Dei prouidentiam, nec in illis debet vniū, saltem aliunde mari allatum.

QVARI POTEST QVINTO, An de necessitate sacramenti Eucharistiae sit certa determinataque materiae quantitas: Ad hoc vt D. Thomas 3. par. quæst. 7. 4. art. 1. (cuius sententiam elucidant Sotus in 4. dist. 9. quæst. vniuers. art. 2. Suarez disput. 43. sct. 6. 7. 8. Greg. à Vallen. tom. 4. disput. 6. quæst. 2. pun. 2.) sic & alij Theologi communiter (testis eodem Greg.) respondentes negant: hoc est, neque quoad magnitudinem, neque quoad paruitatem, ad istud sacramentum requiri determinatam quantitatē panis & vini. Ratio est: quia ad Eucharistiam talis quantitas materia sufficit, & requiritur: qualis sufficit, vt sub speciebus panis & vini, definita eorum substantia vī consecrationis, corpus & sanguis Christi continetur: adeo que vt per conuersionem substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi, id ipsum sacramentum perficiatur: qualis est quæcumque quantitas, in qua fuerit antea vera panis & vini substantia, quæ potuerit in corpus & sanguinem Christi converti: quandoquidem ex Christi institutione nihil habemus aliud, nisi quod panis & vinum sint sacramenti huius materiae: non autem quod in aliqua determinata quantitate esse debeat. Nam maxime deberent esse in ea, in qua Christus ipse consecravit. At id non est necessarium: quoniam dicendum est, aliqui dunque licere, nec maioris, nec minoris quantitatis panem & vinum consecrare: quod esset damna Ecclesia vsum communiter receptū. Quocirca tanta secundum magnitudinem materia panis & vini est consecrabilis, quanta moraliter & secundum humanum modum, censi potest præsens consecranti, nec tollere proprietatem & veritatem pronominum hoc, & hic, iuxta antedicta.

Secundum paruitatem vero nullam requirere determinationem: sed quantumcumque exiguum panis & vini

te digito, vel alio simili signo ostendat, si à tergo aliquatenus sit:

Secunda propoſitio, in qua omnes ferē Doct. res conuenient idem Suarez notat, est: talem distantiam non debere esse nimiam: quia quod valde distat, magis propriū significatur per pronomen, illud, quam per pronomen hoc. Quanta autem propinquitas sit necessaria, vt distantia non censeatur nimia, nulla certa regula praescribi potest, sed moraliter id diuidendum est sic inspectis circumstantiis, quod pareat talem esse, vt dubitari nequeat, quibz veritas & proprietas formæ sacramenti retineatur. Caterum nihil consultū est, quam seruare in ea re communem vsum Ecclesie, declarat in rubricis Missalis: a quo vsum qui in dubio recedit, grauerit peccat: tanquam expotiens se periculo nihil faciens conferendo.

Tertia propoſitio est: Non est necesse sacerdoti ad hoc sacramentum, materiam actu tangi: neque ita propinquam esse, vt a Ministero tangi possit, vel vt sonus prolationis formaē eam petuerit. Ratio est: quia ex vi verborum formae, nihil talium necessarium est ad hoc sacramentum. Quod erat vsum Ecclesie declarat, quo Sacerdos plutes hostias consecrare solet ad communicandum populum: quarum cum alia aliis ob multitudinem superponantur, nec omnes sic positas tangere potest, nec videre, nec ad eas aetem, sonum prolationis formae deferentem transmittere: sicut nec quando velo, aut alio operculo hostia cōscranda reguntur. Vbi adverte obiectu corporis opaci impeditus ne materia sacramentitangia ut videri possit: tunc impediti presentiam ad sacramentum necessariam, quando arbitrio prudentis, inde fit vt formae proprietas & veritas tollatur; alias, non. Et sic patis, vel vnum, vel aliquo opertum, aut in vate inclusum consecrari potest: quia id non tollit presentiam secundum humanum modum: ita vt ea propriissime designari possit per pronomen hoc, seruare eiudem propria significacione. Namque continens, & contentum, quoad presentiam per modum vniū designantur. Sic enim quis de seculo in quo pecunia habet, propriū dicit: Hæc est mea pecunia: & de amphora vini vere dicit: Hoc est meum vnum: siquidem sit iustus professor. Panis vero & vnum existens post paritem, non potest consecrari ex omnium Doctorum sententia, & notar Suarez: quia reuera humano modo est absens, nec de eo proprio diceretur. Hic est, sed, illuc est vnum.

17.

QVARI POTEST QVINTO, An de necessitate sacramenti Eucharistiae sit certa determinataque materiae quantitas: Ad hoc vt D. Thomas 3. par. quæst. 7. 4. art. 1. (cuius sententiam elucidant Sotus in 4. dist. 9. quæst. vniuers. art. 2. Suarez disput. 43. sct. 6. 7. 8. Greg. à Vallen. tom. 4. disput. 6. quæst. 2. pun. 2.) sic & alij Theologi communiter (testis eodem Greg.) respondentes negant: hoc est, neque quoad magnitudinem, neque quoad paruitatem, ad istud sacramentum requiri determinatam quantitatē panis & vini. Ratio est: quia ad Eucharistiam talis quantitas materia sufficit, & requiritur: qualis sufficit, vt sub speciebus panis & vini, definita eorum substantia vī consecrationis, corpus & sanguis Christi continetur: adeo que vt per conuersionem substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi, id ipsum sacramentum perficiatur: qualis est quæcumque quantitas, in qua fuerit antea vera panis & vini substantia, quæ potuerit in corpus & sanguinem Christi converti: quandoquidem ex Christi institutione nihil habemus aliud, nisi quod panis & vinum sint sacramenti huius materiae: non autem quod in aliqua determinata quantitate esse debeat. Nam maxime deberent esse in ea, in qua Christus ipse consecravit. At id non est necessarium: quoniam dicendum est, aliqui dunque licere, nec maioris, nec minoris quantitatis panem & vinum consecrare: quod esset damna Ecclesia vsum communiter receptū. Quocirca tanta secundum magnitudinem materia panis & vini est consecrabilis, quanta moraliter & secundum humanum modum, censi potest præsens consecranti, nec tollere proprietatem & veritatem pronominum hoc, & hic, iuxta antedicta.

particulam, consecrabilem esse, dummodo in ea conservetur substantia panis & vini, qua possit converti in corpus & sanguinem Christi. Si tamen detur panis aut vi-
num in tam parva quantitate, ut licet possit conferari, non possit tamen obici sensibus humanis, etiam perspicacissimis partat Suarez verum esse quod à Ioan. Maio-
re dictum reprehendunt Sotus & à Valentia: nempe talem materiam non esse aptam ad consecrationem: quia huma-
no modo insensibilis est, nec potest pronominibus *Hic* vel *Hoc* sensibiliter demonstrari. Accedit quod ut minima aqua gutta negat esse sufficiens baptismi materia: qui moraliter loquendo non valet ad vsum ablutionis, ad quæ aqua in baptismino institutur; sic insensibilis particula pa-
nis aut vini negata sit materia esse sufficiens Eucharistia: quia moraliter loquendo non valet ad vsum ad quem pa-
nis & vinum in ea inserviuntur. Is enim est proxime quidem ut ratio sacramenti in ipsa Eucharistia compleatur per eosdem accidentia, quæ consecratione facta manent cum corpore & sanguine Christi. Etenim Eucha-
ristia, perinde ac carteris sacramentis, conuenient symbolum esse rei sacre, & visiblement formam inuisibilis gratiarum, ex Concil. Trid. fess. 13. cap. 3. Nec vero capi potest quomodo per accidentia inuisibilis particulae panis aut vini, Eucha-
ristia ceneatur forma visibilis. Remote autem idem vsum est, ut sub talibus speciebus corpus & sanguis Christi per modū cibi & potus sumi possint ab hominibus. Ar quod insensibile est, comedibile non est aut potabile. Verum tamen hoc non obstante, magna cura prouidendum est, ne quidquam, quantumcumque minimum, de tanto sacra-
mento relinqueretur neglegetur: quia si quare re, ma-
xime in hac, omnium sanctissima, nostrorum oratione esse o-
poterit.

QUÆRI POTEST SEXTO: An de eadem necessita-
te sit, consecrationem ex intentione Ministri definit ad certum in individuo panem & vinum: seu, quod idem est, Ministri intentionem consecrandi fieri in hunc parti-
cularem panem, & in hoc particulare vinum?

Ad quod communis responsio est affirmativa, quam Suarez in citata disput. 43. f. 6. confitmat. Suffici nobis illa ratio, quod si Minister non intendat certam, & in singulari determinatam materiam consecrare, forma quæ profert, non verificetur: quia dicendo *Hoc* vel *Hic*, non demontrabit particularem materiam, quam idipsum pronomen indicat. Ex qua responsione Autores multa infur-
runt, que idem Suarez refert. Pimum est, si quis habeat preseentes octo hostias, & sex tantum consecrare intendat, non determinando quas, nihil efficeret: quia non intendit consecrare omnes; neque has potius quam illas. Secundum est, si Sacerdos existimans se habere in manus vnam tantum hostiam, duas habeat, & consecret: utramque esse consecratam; quia deceptio illius piumata, non tollit intentio nem debitat, quia moraliter est circa materiam praesentem, prout ipsa proponitur ipsa. Idem est iudicandum, si cum Sacerdos putet se sumptus tantum decem hostias consecrandas, inveniantur vndecim, vel quia deceptio est numerando, vel alius ipso nesciente vnam addidit, aut una iam ibi erat, nec aduerit. Ita notat Sylv. Eucharistia 2. quest. 6. Secus est vero, si Sacerdos de terminante intendere decem tantum consecrare, & habeat vndecim presentes: nam consecratio tunc nulla est, ut ibidem quoque notat Sylvius. Et ratio est, quia vna ecarum debet necessario censi non consecrata. Cur autem haec potius quam illa ceneatur, nulla est ratio.

Tertium est, quod Nauarrus ex Scoto, Angelo, Panor-
mit, & communi Canonistarum, sententia habet in Enchir. cap. 25. num. 91. Eum, qui multis hostias consecrandas accepit, & postea in actuali consecratione, tantum recordatur eius quam habet in manus, verba consecrationis proferendo, consecrare omnes. Quia licet non habeat intentionem actuali eas consecrandi, habet tamen virtutalem (quam suffici sententia est D. Thomas & Theologorum communi, quemadmodum loco citato habet Sylvester) prouenientem ab actuali eas consecrandi, quam tunc habuit, cum accepit consecrandae. Sed bene nota Suarez istud esse moraliter intelligendum; ut procedat, dummodo

omnes illæ hostiæ sint presentes consecranti, prout de-
bent esse, iuxta Ecclesia morem & Ministri debitam in-
tentionem. Et esse censentur, quando sunt super altare, in
quo Missæ sacrificium peragitur; non item si alibi reliqua,
tradantur omnino obliuioni: tunc enim probabilitate
dicatur eas non esse consecratas propter defectum debi-
ta intentionis actualis, ex qua promanet debita intentio
virtualis eas consecrandi presentes, neque alter quam fe-
rat mos Ecclesie.

Quartum est: Si aliquæ sint guttae vini, vel extra cali-
cem, vel in calice separata à toto vino, quod in calice ipso
continetur, cas probabilitate iudicari non consecrata, ob
defectum intentionis. Namque intentio habenda circa
materiam calicis, est ut Sacerdos intendat consecrare illud
quod per modum vnius continui potabile existit intra ca-
licem.

PARS ALTERA CAPITIS.

De materia consecrationis corporis Christi.

QUÆRI POTEST SEPTIMO: Quisnam panis sit
propria materia consecrationis corporis Christi?

Respondendum est, esse panem triticum: ita vnius alio
non percipiatur consecratio. Quæ est communis Theolo-
gorum sententia, prout notat Suarez disput. 44. f. 1. Pro qua-
citat authoritas Concilij Florent. in instruct. Armen. cuius
verbis sunt: Tertium est Eucharistia sacramentum: cuius
materia est panis triticus. Hinc dicitur in Cœlestino
ad Parochos edito iustu Concilij Trident. cap. de Eucha-
ristia, quod nullus panis nisi triticus, apta ad sacramen-
tum materia, putandus sit: quia id Apostolica tradicio
nos docit: & Ecclesia Catholica auctoritas firmavit.
Vbi etiam duplex ratio, seu congrueta eius rei tangit.
Altera, quod quando panis ab solute dicitur, triticus in-
telligatur, institutus imprimis ad hominem cibandum:
nam cateripanes instituuntur ad supplendum illius defi-
ctum: neq; abolute dicuntur panes, facta cum illo com-
paratione, sed cum additione, panis hordeaceus, panis
ex avena, ex piis, ex glandibus; & sic de aliis. Altera est:
quod cum iustum fuerit in veteri Testamento ut panes
propositionis, qui hoc sacramentum significabant, ex simili
conferentur: consecratum lane est lentire, panem
consecrandum in Eucharistia, ex farina potissima, qua-
lis est triticea, consecratum esse debere: sicut communis
Ecclesia vsum semper est Christi institutionem interpre-
tatus.

Atque hinc Suarez quædam recte insert. Pimum est
de pane facto ex fructibus, aut ex leguminibus, aut ex gra-
nis, de quibus constat quod non sunt triticum, ut de hordeis
& avena certum est, negandum est omnino quod sit huius
sacramenti sufficiens materia.

Secundum est, omnem panem consecratum ex grano,
de quo reuera constat quod sit triticum, quantumvis ali-
ter nominetur, est accommodata materiam huius sa-
cramenti: ut de syligine exemplum D. Thomas proponit
3. par. quæst. 73. artic. 3. ad 2. quæ nascitur ex tritico fato in
terra sterili.

Tertium est, quando cumque granum aliquod est tale,
ut dubitetur an sit triticum, velut de zea (*qua Gallice dicitur
espiaute*) & de nonnullis aliis: panem ex illis consecratum
materiam esse Eucharistia dubiam. Quæ dubietur, ut
prædictæ & moraliter nunquam in tali materia faciendum
sit hoc sacramentum. Nam sicut summare reuera ei de-
bet: ita summe caendum est in eo periculum facile
gij, quod imminet conficiendo illud in alia materia, quam
certa.

Quartum est: Si panis factus sit ex mixtione farinae tri-
tici, & farinae silyrinis, ex eo confici sacramentum: quia
non obstante illa granorum differentia, totus & secun-
dum omnes suas partes est materia accommodata ad Eu-
charistia consecratione. Si vero factus sit ex mixtione tri-
tici, & aliorum granorum, quæ constat non esse de genere
tritici, sacramentum ex eo non perfici, si pars tritici fuerit
minor, aut si æqualis: perfici autem, si fuerit notabiliter
major.

maior. Quæ est doctrina D. Thomæ in cit. art. 3. ad 3. Et probatur, quia in confectione panis interueniente farinam mixtione facta pinsendo & coquendo, maior pars aliam trahit ad suam speciem: alioquin panis factus ex tritico male purgato, non esset censensus triticeus: quod est contra communem assertiōnēm hominum qua talis panis in vī iudicatur triticeus.

QVÆRI POTEST OCTAVO: Quæ requirantur in pane triticeo, ut censeatur materia ad Eucharistiam accommodata.

Respondendum est, quoniam requiri, qua ex communione Theologorum sententia Suarez adfert in citata disput. 44. scilicet 2.

Primum est, ut coagmentatus sit ex farina triticea, ea que non corrupta, sed seruante suam naturam, & ex aqua naturali: adeo ut coagmentatus ex eadem farina & laete, aut oleo, vel alio simili liquore, non sit materia accommodata ad Eucharistiam: quia reuera non est panis positus in hominum vī, ut sit aliorum ciborum velut comes; sed potius est placenta. De mixtione autem aliquius talis liquoris cum aqua naturali iudicandum est, sicut de mixtione farinæ non triticeæ cum triticea; Eam scilicet non tollere rationem panis vīalis, ad sacramentum necessarij, si aqua naturalis ita superabundet alteri liquori, ut verosimile sit, quod subfactione & coctione illum ad suam speciem trahat.

Secundum est, ut talis panis sit coctus: cruda enim massa sic non est panis, quo homines in cibum vrantur: ita nec est materia sufficiens ad hoc sacramentū, quod Christus in pane vīali instituit, ut dubitandum non est.

Tertium est, ut sit panis solo igne coctus: nam massa oleo aut buryro fixa, aut aqua elixa, non est versus panis vīalis: quali vīmūr tantum aliorum ciborum comite, sed potius placenta, lagana, pultes aut quid simile. Nihil refert vero quo instrumento vīmūr ad talem panem coquendū, dāmmodo cōctio puro igne; quia sola varietas in proximo contineat, & in modo applicandi ignem, non impedit quoniam minus fiat versus panis.

Quartum est, ut panis prædicto modo confectus perseveret in sua substantia: Sienim corruptus sit, iam non est panis, sicut neque acetum est vīnum: ideoque non est sufficiens Eucharistia materia. De qua corruptione ut iudicetur consideranda est, iuxta D. Thomam in cit. art. 3. ad 4. accidentium, vel coloris & saporis mutatio, & non facile fieri resolutio illius, qualis in cineres. Cum autem non est tanta corruptio, qua panis speciem soluat, sed solum aliqua dispositio ad corruptionem, quod aliquālī mutatio saporis declarat, tunc censerī quidem potest materia ad sacramentum sufficiens: sed ex eo Eucharistiam consecrāns peccat ob irreuerentiam tanti sacramenti. Quod multo magis vere est, cum talia corruptionis signa offeruntur, quae reditā materiam sacramenti dubiam: ut panis qui prius male coctus, postea per compressionem in digitorum, quā in massam rediguntur. Nam quamvis talis contradictionē nō videatur sufficiens ad faciendam substantiam mutationē, tamen ex accidentalī mutatione quam facit, relinquit rem dubiam. Similiter quando ex amylo, seu amydo panis efficitur: dubium enim est an sis sufficiens materia. De qua re Authorēs in vīmūq; partem refert Suarez in fine eiusdem scilicet 2. sequens (cum pluribus aliis quos refert) D. Thomæ sententiam: qui loco citato partem negantem tener: quia amylo est quidem ex tritico, sed ita corrupto, ut ex illo exprimatur humor instar lactis, calore Solis concrescens. Quem humorem accidentia satis ostendunt diuersum esse à farina triticea. Quocirca aqua naturali permixtum, & coctum igne, non licet ad consecrationem corporis Domini assumere. Imo, vīprobabilis est, nec valide alsumi potest.

QVÆRI POTEST NONO: An sit de necessitate Eucharistia, ut panis ex quo conficitur, sit azymus, an vero ut sit fermentatus. Respondendum est, neutrum esse de necessitate sacramenti, vīnumque autem esse de necessitate præcepti, nō tamē similiter: sed vīnum in Ecclesia Latina, & alterum in Graeca. Simpliciter autem congruentiā selle panem azymū adhibere iuxta ritum Ecclesia Latina-

næ, quam fermentatum, iuxta ritum Ecclesia Graeca. Cuius responsoris prima pars est de fide ex definitione Concilij Florent. scilicet vītina in literis vītōnis Orientalium & Occidentalium: in quibus definitur sive in azymo, sive in fermentato pane triticeo ipsum Domini corpus confici. Sacerdoteque confidere debere vīnumquemque iuxta ritum Ecclesia sine Occidentalī, sive Orientalī consuetudinem. Et certe vītē; panis est vere panis, nisi massa tantum fermento admixta fuerit, ut hō illam, non autem illa hoc ad vīum humanum accommodatus: & per consequens nec accommodatus ad sacramentum cōficendum, prout D. Thomas attingit 3. par. quæst. 74. art. 4. in fin.

Secunda vero eiusdem responsoris pars (communi consensu recepta, vt nota Suarez disp. 44. scilicet 3. dicto 4.) probat: quia omnes tenentur seruare Ecclesia suā receptam consuetudinem rationabilem (qualem esse in hac re, ut Latinorum, sic Graecorum, Concilium Florent. loco citato satis iudicata) quæ legis vīm habet ex cap. Dilecti, De arbitris. Vnde in cap. finali, De celebratione Missarum, tanquam legi transgressor punitur: Sacerdos Latinus, qui in pane fermentatio consuevavit. Tertia demum pars, quam Suarez ibidem dicto 2. certam ait, D. Thomas in corpore etiā art. 4. probat primo, ex facto Christi, qui corpus suum consecravit in azymo. De qua re late Bellarm. in lib. 4. De Eucharistia cap. 7. 8. & 9. Probat 2. ex significatiōne: quia panis azymus magis significat, quā fermentum, sive puritatem & sanctitatem corporis, sive etiam puritatem & sanctitatem quam habere debent qui ad hoc sacramentū accedunt, iuxta illud prioris ad Corinth. cap. 5. Itaque epulemū non in fermento veteri, neque in fermento malitia & nequitia, sed in azymis sinceritatis & veritatis.]

PARS TERTIA CAPITIS.

De materia consecrationis sanguinis Christi.

QVÆRI POTEST DECIMO: Vtrum solum vīnum ex vīus expressum, sit materia consecrationis Christi. Ad hoc affirmative respondendum est. Nam aperta est Concilij Florentini definitio in instrūt. Armen. huius sacramenti materiam, esse panem triticeum, & vīnum de vite. Conflans etiam est Ecclesia traditio, Christum Dominum in tali materia instituisse hoc sacramentum: quod satis aperte indicant ipsius verba Matth. 26. Dico autem vobis, Non bibam amodo de hoc genimine vītis. Quæ cum non pertineant alio, quam quo proxime antecedentia, quibus declaratur institutio consecrationis; temere certe dicereatur in alia quam vīne vite materia, eamdem consecrationem factam esse. Hincque multa inferri solent, quæ post alios adserunt Greg. a Valen. tomo 4. disput. 6. quæst. 2. puncto 1. & Suarez tom. 3. disp. 45. scilicet.

Primum est, cuiuscumq; generis sit vīnum ex vite, hoc est, sive album, sive rubrum, sive clarum, sive obscurum, sive dulce, sive austерum, sive forte, sive debile, valere ad confidēndū hoc sacramentum. Ratio est, quia etiam diversitas ea substantialis est physice: ad institutum ramen Theologicum sufficit, si nihil obster quoniam similiter & absolute vīnum sit ex vite. Vnde sequitur nec in aliud reddi sacramentū, si perficiatur in vīno quod est ex diversis permixtum: nam omnes partes illius sunt sufficiens sacramenti materia.

Secundum est, vīnum ex malorganatis aut ex aliis fructibus vel herbis, aut radicibus confectum non sufficiere ad hoc sacramentum: quia non est simpliciter vīnum; ut communis hominum existimat & vīsus ostendit.

Tertium est, siccum vīarum etiam maturarum, antequam ex eis exprimatur, non esse sufficiēntem materiam huius sacramenti; quia non est simpliciter vīnum: nec (quod requiritur in materia consecrationis sanguinis, iuxta illud Matth. 26. Bibite ex hoc omnes) est potabile. Nam sumens vīarin quibus illle tanquam pars continetur, non dicitur potare, sed comedere. Accedit etiam, quod saltem de præcepto iuxta cap. Cum omne. De consecrat. dict. 2.

ad consecrationem sanguinis Christi, vino admiscenda sit aqua; quæ humor adhuc in vīs existenti admiseri nō potest. Accedit etiam prohibitorio talis consecrationis, fācūt in cap. Didicimus, eadem diffīcta.

Quartum est, quod D. Thom. habet quest. 74. art. 5. in fine ex cit. cap. Cum omne: mustum ex suis maturis expressum sufficientem esse quidem materiam sacramenti, non tamen conuenientem, donec concoctione purgatum sit tordibus, & sex subsideat. Est enim verum vinum, vapore vir habens calefaciēti, & inebriandi, suoque calore deducens sc̄ipsum ad perfectum suum statum: & est potabile, quamvis propter imputitatem non soleat inter homines regulariter adhiberi in potum. Propter quam carafam nec decet illud assumere ad sanguinis Domini consecrationē: assumendoque ut notat Suarez committitur peccatum, suo generi graue: tum ob talem indecentiam coniunctam cum aliqua tanti sacramenti irreuerentia: tum ob contrariam Ecclesię confutitudinem & prohibitionem.

25.

Quintum est, quod etiam D. Thom. habet in cit. art. 5. ad 3. Agrestam seu omphaciam nō esse sufficientem materiam huius sacramenti: quia non est liquor potabilis per modum vīni: nec magis naturam vīni habet, vt diuersitas effectuum ostendit, quam massa naturam panis. Idem constat ex Missali Romano de def. tib. Misla.

Sextum est, quod adhuc ibidem habet D. Thomas ad 2. vt & Missale Romanum: neque acetum esse sufficientem materiam huius sacramenti: quoniam est vinum, secundum suam substantiam corruptum: vt iudicio est, quod non contingat regressus in vinum ex acto. Quia de causa Aristoteles 8. Metaph. textu 14. acetum comparat cadaveri. Idem est iudicandum de quo cumq; alio vino corrupto, vt de sapo, qua Gallice vocari solet vīn cuit. Nam non esse vīnum verum argumentum est: tum quod non inebriat, tum quod per modum cibi sit comedibilis potius, quam potabilis. De vīno vero acescente D. Thomas (quem in his Theologi communiter sequuntur) monet: cum ipsum sit in via ad corruptionem, quamdiu iubet faciem vīni formam adhuc retinet, materiam esse sufficientem huius sacramenti: in eo tamen conferare peccatum esse graue pro ratione dubij, vīrum ipsum sit corruptum. Nam quo tale dubium maius fuerit, eo maior irreuerentia commitetur in consecrando.

Idem iudicium est de omni alio vīno, de cuius corruptione possit dubitari, propter nimiam aqua aut alterius rei permixtionem. Sic enim de lora quæ sit aliqua quantitate aqua admixta vīs, postquam iam ex illis expressus est humor, sine sufficiens huius sacramenti materia, iudicandum est iuxta minorem vel maiorem expressionem vīnarum, & quantitatem aquæ illis admixta ad confidendum talem liquorem. Quidquid autem sit, propter irreuerentiam tanto sacramento debitam, peccatum est graue in tali materia consecrare, vt moneret Suarez: & eo grauius quo dubium maius fuerit.

Addit idem in fine eiusdem sectionis difficultatem de vīno congelato: vīrum sit materia sufficiens ad hoc sacramentum. Et pro vīra que parte citatis Authoribus affirmantem sequitur: quia congelatio non corruptif substantiam vīni: sicut nec olei, vel aquæ: vt signum est quod liquefactum habeat effectus & qualitates vīni; ideoque & naturam: Quodquidem supponitur in Missali Romano, cum agendo de def. tib. contingentibus in missa; dicitur si contingat in calice vīnum consecratum congelari, debere liquefieri & consumi tanquam verum sacramentum. Nec refert, quod vīnum congelatum non sit potabile: quia id solum est per accidens, & ab extrinseco: etenim per se, ac secundum unum interiorum suam naturam est potabile: illudq; extrinsecum impedimentum facile tolli potest: sola scilicet liquefactione: sicut panis quita induxit, vt dentibus frangiri non possit, per se comedibile est, & durities impediens ne comedatur, facile tollitur madefactione.

QVÆRI POTEST VLTIMO: Quid tenendum sit de aqua miscenda vīno consecrando?

26.

De hac re late Suarez disputatione 45. sett. 2. 3. & 4. nos pāncis indicabimus, quæ sufficiere videantur ad nostrum

institutum. Primum est, certum esse, quod aqua naturalis miscenda sit vīno consecrando ex perpetua Ecclesiæ traditione (de quā Gregor. à Valent. tom. 4. dif. 6. quæ est 2. p. p. 2. col. 919. & Bellarm. lib. 4. De Euchar. cap. 10. & 11.) itemque ex eiusdem Ecclesiæ præcepto, cuius meminit Concilium Trident. sett. 22. cap. 7. Ex ratione illius affigunt: tum ex Christi exemplo, qui creditur aqua in vīno miscuisse, tum ex significatiōne, quam habet talis mixtio, tam effusionis sanguinis & aquæ ex latere Christi in cruce pendente: quā coniunctionis fidelium cum ipso Christo: nam aquarum nomine in sacra Scriptura populi intelliguntur Apoc. 17. Accedit quod in ead. sett. can. 9. Concilium anathematizet dicentes aquā non esse miscendam vīno in calice offerendo, eo quod sit contra Christi institutionem.

Secundum est: Communem Theologorum consensus esse, prout meminit Suarez in cit. sett. 2. dicto 1. prædictam necessitatem solum esse præcepti, non autem sacramenti: ita vt is qui tentat consecrare in solo vīno, vere conficiat sacramentum, cōterrendo id ipsum vīnum in sanguinem Christi. Pro qua sententia præterea quæ D. Thomas habet 3. par. quest. 74. art. 7. facit quod Concil. Trident. sett. 2. agens de hoc sacramento nihil de aqua mixtione dixerit, & in ante citato cap. 7. postea de Missa sacrificio agens, tantum dicit eam mixtione præceptum esse ab Ecclesiæ Facie etiam Concilium Florent. in struct. Armenorum simpliciter dicens materiam huius sacramenti esse panem triticum & vīnum de vite: nec addens, Cui admixta sit aqua, sed mutato loquendi modo subdit. Cuiante consecrationem aqua modicissima misericordia debet: tali reddens eas ipsas causas quas paulo ante ex Concilio Trident. retulimus Ecclesiæ præcepti. Vnde merito conciurilud quoque Concilium non aliam cognoscere prædicta mixtione necessitatem quam præcepti.

De quo præcepto Suarez, sub finem secunda sectionis citata, dubia quædam tractat, in quibus non immorabitur contenti de eo monere, quod catæchismus ad Parochos habet in cap. De Eucharistia: transgressione illius committi peccatum mortale, propter graues rationes ante relatas ex Concilio Trident. observationem illius exigentes. Idem quoque ostendunt graues penas transgredionis impositas. Nam in cap. Cum omne crimen De consecrat. distinct. 2. ipso facto suspenditur ab officio, & in cap. finali De celebrat. Missarum, priuarit officio simili & beneficio.

Tertium est: In tali mixtione ad vitandum peccatum, seruandam esse reverentiam sacramenti: & ordinariam confutitudinem Ecclesiæ: nec nouum ritum introducendum: ideoque illam aquam, quæ vīno consecrando miscetur, debere esse veram, & elementarem aquam: qualis profluxit ex latere Christi, iuxta cap. In quadam. De celebr. Missarum. Item debere misericordia in modica quantitate, prout in memorato Catæchismo traditur. Vnde in cap. Perniciosus De celebrat. Missarum reprehenditur abusus eorum, qui aquam in maiore quantitate miscent quam vīnum. Et licet in Concil. Triburensi cap. 19. statuatur, talem mixtione sic debere fieri, vt duæ partes sint vīni, & tercia aqua: tamen ex Concilio Florent. colis verba ante reuolum, habent miscendam esse modicissimam aquā. Vnde, in quinque Suarez sett. 3. qualibet guttula aqua, potest esse sufficiens; tam quia sufficit ad significatiōnem, cum sit vera aqua sensibilis, quam quia eo erit certius, quod illa non possit vīnum corrumpere; sed potius illa possit in ipsum conserui. Quamquam nihil est quod quis angatur scrupulo, si quatuor vel sex, aut etiam aliquanto plures guttæ in calicem labantur, dummodo adhuc ea notabiliter modicata sit respectu vīni.

Quartum est, quod alios authores citant, certum esse ait Suarez in ext. sett. 3. vers. finem: Hanc mixtione faciendam esse tempore sacrificij, & in ipso sacro calice, vt sacra ceremonia esse, & sacram habere significatiōnem censeatur. Vnde non debet domini fieri, vel in vasculo antequam mysteria aut preparatio ad illa inchoentur. Infundandam autem esse aquam in calicem iam habentem vīnum ad consecrationem deputatum intentione ministri, id est: ante calicis oblationem, vniuersalitatis Ecclesiæ vīsus ostendit.

Vnde

Vnde grauiter peccaret qui aliter ficeret. Quod si quis omissem ex negligentia vel obliuione, aduerteret post ipsam oblationem, sed ante consecrationem, deberet statim eum defecum supplere, non item post consecrationem. Neg; enim sanguini Christi miscenda est aqua, sed vino conseruando in Christi sanguinem. De eo autem quod aliqui in principio Missale talen mixtionem faciunt, & alii post Euangeliū, nihil occurrit dicendum, nisi scutum quēmque fore, si in eo sequatur Ecclesie sue consecrūdinem approbatam. Relatet hic inquirendum, quid fiat de aqua illa permixta vino: postquam hoc conuersum est in Christi sanguinem: sed quia ad nostrum institutum non facit, & longiorē disputationē requirit, ipsum relinquemus audo sciendi, videndum apud Suarezium in sequenti sc̄t. 4.

C A P V T III.

De forma sacramenti Eucharistie.

S V M M A R I V M.

- 28 Ex duabus partibus integrat grata forma Eucharistie: & quatenus in hac illa maneat.
 29 In quibus verbis ead. m. forma constat.
 30 In his quatuor vocibus, Hoc est corpus meum, constitit forma consecrationis panis in corpus Christi.
 31 In quibus forma consecrationis vini in sanguinem Christi constat.
 32 Refutatio ad quādam objectiones de eadem forma.
 33 Nihil eorum, quo ex Missali habentur proferenda in consecratione, omitti debet: quidquid aliqua dicantur non esse nec sitare sacramenti.
 34 Forma sacramenti Eucharistie efficit id quod significat.
 35 Quae sit mutatio que in pane & vino sit per consecrationem.
 36 Quid panis & vini remaneat post consecrationem.
 37 De eo quod ex verbis conseruacionis continetur sub accidentiis panis & vini.
 38 Demodo quo Christus continetur in Eucharistia.
 39 De modo quo presentia Christi dependet a speciebus quibus continetur.

38. Sicut in Eucharistie sacramento duas sunt partiales Materiae, unam completam componentes: ita & sunt duas partiales forma, confidentes unam integralē: nimur forma consecrationis panis in corpus Christi, & forma consecrationis vini in sanguinem Christi, quibus nonnulla sunt communia, & nonnulla cūiūque propria. Vitraq; late persequitur Suarez disp. 58. 59. & 60. Necesaria ad nostrum institutum completemur aliquot documentis. Ac primo communia.

Primum est, quod habet Greg. à Valen. tom. 4. disput. 6. quest. 6. in fine, differantiam esse quad formam inter Eucharistiam & reliqua sacramenta: quod hæc, quia in visu consistunt, non sint nisi tempore illo quo extat ipsorum forma: Eucharistia vero maneat, tunc etiam cum ipsius forma transtut: quoniam est quid permanens, quod potest essentiam suam retinere: forma quidem sua sublata recipi, sed que virtute in materia remaneat. Et enim essentia huius sacramenti consistit in sacramentali significacione, qua Christus in eo præsens, tanquam spiritualis cibis significatur per materiam, & per formam in ea manente virute hoc nomine, quod species sacramentales, per verba sacramentalia qua præcesserunt, manent ad determinate significandum præsentem in illis Christum, ut spiritalem animarum cibum. Quo etiam nomine eadem forma, ad gratiam, quæ vsa Eucharistie percipitur, censenda est concurrere, tanquam Dei instrumentum: ita ut id quod commune est omnibus sacramentorum formis, ut ad gratia productionem cum suis materiis concurrente instrumentaliter, non negetur formæ sacramenti Eucharistie: cui cum ceteris sacramentis commune est, efficax signum esse gratia.

Secundum documentum est: Verba sufficientia & necessaria ad confiendum Eucharistie sacramentum,

est illa quibus Christus ipsum conficit. Ita definit Concilium Florent. in instruct. Armen. cum ait formam huius sacramenti esse verba Salvatoris, quibus conficitur hoc sacramentum: vel (vt quadam exemplaria habere notat Suarez) quibus conficit hoc sacramentum. Cuius definitionis meminit Catechismus ad Parochos in cap. De Eucharistia: ad eamq; accedit cap. Cum Mattheo. De celebre Missarum: & communis tam Canonista: u. quam Theologorum consensus, quemadmodum notat Bellat. in lib. 4. De Eucharistia, c. 12. Immo vero omnes nostri maiores, prout habet Concil. Trident. sc̄t. 13. cap. 1. quorū de hoc sacramento disteruerunt, aperte professi sunt Redemptorem nostrum in ultima cena hoc tam admirabile sacramentum instituisse, cum post panis vinique benedictionem, se suum corpus præbere ac suum sanguinem differti verbis testatus est. Quæquidem verba Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. commemorata, & à D. Paulo in priori ad Corinth. 11. repetita, in Canone Missæ translata sunt cum dicitur, Qui pridie quam pateretur, &c. Authoritates antiquorum habent Bellat. in seq. cap. 13. & Suarez disp. 58. sc̄t. 1. & 3. Vbi ipse infert ad consecrandum, non esse simpliciter necessarium totū Missæ canonein: quamvis sit necessarium de precepto Eccl. ies. Immo neceius parres alias, quam constantes verbis, quibus Dominus noster consecravit, de quibus postea. Id quod latius explicatum videbit potest apud eundem authorē, ibidem.

Tertium documentum est: Graues difficultates moueri circa formam huius sacramenti, ut intelligatur quomodo sit vera. Sed quia paucis expediti non possunt, & speculatori sunt, nec ad nostrum institutum necessariæ illarum explicationem satis familiarem relinquimus ei qui voleret videndam apud Greg. à Valent. in citata quest. 6. puncto 2. pleniorē vero apud Suarez. in sc̄t. 4. 5. 6. & 7. sequentib.

Quartum documentum est: Quod haec quatuor voces: Hoc est corpus meum, sint de necessitate & essentia formæ huius sacramenti. Nam dubium non est, quin illis potissimum, Christus Dominus noster panem consecravit in huius sacramenti institutione. Vnde hanc describentes Euangelista, & post eos D. Paulus, summa diligentia, & absque variatione referunt easdem voces, in eadem institutione esse à Christo prolatas: & Ecclesia Catholica perpetuo vsa est illa consecrationis forma, tanquam ab ipso Christo seruata: quemadmodum habet supra memoratus Catechismus. Accedit ratio D. Thom. 3. par. quasi. 78. art. 2. quod ex potissimum voces significant id quod censeatur effici in hoc sacramento, dum forma illius profertur super panem: nimur conuersio eiusdem panis in corpus Christi. Quare in ipsis potissimum huius sacramenti forma consistet, quæ de se requirit, ut ipsa talem conversionem significando, illam efficiat.

Vnde intelligitur, quod Suarez disp. 59. sc̄t. 1. plenus confirmat, non pertinere ad formam huius sacramenti verba Christi, quæ prædictas voces præcedunt apud D. Mattheum & D. Paulum locis cit. Acipite & manducate, quia non significant conuersionem prædictam, neque Christi præsentiam, prout proprium est forma huius sacramenti; sed solus huius sacramenti vobis commendant: qui non actinet ad eius essentiam: & per consequens, nec verba quibus illi significatur, attinent ad eandem formam. Cuius rei indicium est, quod D. Lucas illocum non meminerit cap. 22. ait enim, Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit cibis dicens: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur. Credibile est enim commemorantem tantu sacramenti institutionem, voluisse narrare eam integre quod essentia: præsertim cum scopus narrationis esset, ut quod erat institutum, revocaretur in vobis.

Pari modo intelligitur neque ad formam huius sacramenti pertinere verba qua his (Hoc est corpus meum) D. Lucas adiungit, quod pro vobis datur, aut quæ D. Paulus, quod pro vobis tradetur, quandoquidem illorum D. Mattheus, & D. Marcus non meminerunt: atq; sine illis plene significatur conuersio panis in corpus Christi. Vnde Romana Ecclesia sine illis consecrat. In quo eam errare